

ris textibus. In eorum enim Capitulo nullo de impetratis dispensationibus agitur, quae ideo nulle sunt, quia priores expresse non fuerint; in his locis, seu Rescriptis quae sunt de iustitia, ut in Cap. 20. super litteris, de Rescriptis. In aliis qualiter est de Beneficiis, a Pontifice impetratis absque mentione qualitatibus eorum, quae possidentur, vel absque expressione Beneficiorum, quae antequam posterora peterentur, possidebantur, cum ejusmodi rerum expressam mentionem fieri velit; vel in eorum Capitulo nonnullis agitur de Votis, quae nulla declarantur, ut in Capite super his de fid. Instrum. quod vel celata veritas, vel obruta falsitas fuerit. Porro singulares Casus in his Juris Textibus contenti non videntur apte posse matrimonii dispensationibus accommodari, praesertim cum minime lateat communi Canonistarum sententia fere peculiarem Casum ad alium non extendi, nec unius regulam alterius regulam esse, praesertim si adsit materia diversitas.

VIII. Non minorem patitur difficultatem, quod secundo loco positum est, nempe Rescriptum nullum esse, cum aliquid recitetur, quo quidem auditu aegrius ac difficilior Pontifex dispensasset. Haec quoque propositio aliquam postulat explicationem. Hic vero longiore sermone opus esset ad eos Casus indigendos, in quibus ea propositio vera est, & in quibus vera non est, multorum saltem Canonistarum iudicio. Satis erit recentioris Auctoris, qui alios veteres in medium affert, sententiam proferri. Pyrrhingus is est in titulum de Rescriptis. (a) Distinguit ille finalem ac principalem causam, propter quam Pontifex Rescriptum concedit, a causa excitante & impellente, quae scilicet ad id citius libentius concedendum movetur; atque juxta probabilior sententiam, cum falsitas, aut veritatis omnino prorem causam respicit, Rescriptum nullum esse, non item, cum posterio- rem. En ejus verba:

Probabilis tamen est Rescriptum quodcumque suo iustitia, si- ve gratis non esse subreptitium, nisi suppresso veritate, vel ex- pressio falsitatis ad rem postulatum per se, & invidiose per- tinentis coarctata circa causam finalem, & principalem concessio- nis, quia scilicet Princeps falsitatis non allegata, vel veritate expres- sa & cognita probabiliter rem peccatum non concessit, vel non nisi modo ac forma concessisset, sed cum certa conditione ac restrictio- ne. Quod si vero subreptio sive per expressum falsi, sive sup- pressionem veri tantum fiat circa causam impulsivam concessio- nis, quia nimirum vitiosa ac remota & veritate cognita Princeps rem peccatum eodem modo concessisset, quamvis difficultas non de- beret conferri Rescriptum obreptitium, nisi jus vel ius Curia ve- ri expressum requiratur. (b) Ita Decius, Covarruvias, Sanchez, Bonacina.

Longius quoque progreditur Auctor hic; contendit enim loco laudato num. 106. res Pontifici occultatum, vel eidem adlegatum silicet ad obtinendum dispensationem, quam de- negasset, si veritatem vel silentio, vel mendacio celatam co- gnovisset, non efficere, ut Rescriptum nullum sit, cum & res est extranea, & pure extrinseca substantiae causa dispensa- tionis; quemadmodum donatio facta pauperi, cuius prava sit vita ratio, vel falsa aliqua ratione usus est, ut elemo- synam extorqueret, valida tamen est, quamvis ei facta non fuisset, si eius improbitas & mendacium innotuisset. Paulo factus discutit et casus hic, quia in materia non levis difficultatibus obnoxia versatur.

Decisum in Sorbona hac die 6. Februarii an. 1700. G. Fromageau.

CASUS XLI.

Matrimonium, in quo adest affinitatis Matrimonium.

Petiti vir uxorem ducere sibi tertio affinitatis gradu conjunctam.

QUAESTITUM.

Frater Et Soror

Natalis Perchet uxorem ha- buit Margaritam Chevet. Catharina Perchet nupta Fran- cisco Midou, cujus. Margarita Chevet secundus nup- tiis nupsit Gervasio sailard. Margarita Chevet tertius nuptiis nupsit Nicolao Poulard.

Quaeritur, an Nicolao Poulard tertius maritus Margarita Chevet, uxoris prioribus nuptiis Natalis Perchet, qui erat avus Marie Midou possit in uxorem ducere eandem Ma- riam Midou. Dicitur rogatur, ut ad hujus libelli supplicis cal- cem aperiat sententiam suam, eorum Parocho usui futuram.

(a) Pyrrhing. de Rescriptis, sect. 4. §. 4. num. 103.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum, quod propositum facti speciem vidit, existimat Margaritam Chevet, utpote nuptam in primis nuptiis Natali Perchet, cum Maria Midou, filia Catharina Perchet primo affinitatis gradu conjunctam esse; sed Nicolao Poulard, qui tertius nuptiis Margaritam Chevet in uxorem duxit, non esse in primo affinitatis gradu cum Maria Midou, & quod inde fit consequens, nullum ex hac parte Canonicum impedimentum existere, quia Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. redegit hoc impedimentum ad primum gradum, ut intelligi licet ex C. non debet de con- sanguinitate, & affinitate, & ex Glossa ejusdem capituli v. in secundo, & tertio, ubi quaestio accurate & enucleate dijudica- tur; ex quo apparet inter Nicolao Poulard, & Mariam Midou certum tantum affinitatis gradum intercedere; ac proinde vi constitutionis laudati Concilii nullum in hac facti specie impedimentum occurrere.

Decisum Parisiis die 3. Septembris an. 1680. Aug. de Lames.

CASUS XLII.

Matrimonium cum affinitate supposita.

Claudius, qui uxorem duxerat Catharinam, ex primo thora Renesii filiam, post ejus mortem ducere petiit Joannam, qua fuit altera conjux Renesii, dummodo Claudius, & ipsa quo- que gradu conjuncti non sint.

QUAESTITUM.

Renesius bis inuit matrimonium, prius quidem cum Bar- bara, & ei nata est Catharina, posterius autem cum Joana. Claudius uxorem ducit Catharinam ex prioribus nuptiis or- tam Renesio, qua facta sancta, perinde ac Renesio ejus pa- tre, & Claudii socero, Joana vidua remanet. Claudius, & Joana de mutuo cogitant matrimonium, si tamen inter eos impedimenti nihil inerit. Quomobrem quaerunt, an affinitas jungatur, qua & Joana Renesii conjux, & Renesius Claudii socer fuit.

RESPONSIO.

Consilium subscriptum, quod proposita vidit, existimat nullum adesse impedimentum affinitatis inter Claudium & Joannam viduam ex secundo nuptiis ejus soceri, si dictus Claudius viduam consanguinitatis gradus ei minime conjunctus fuit, quod quidem ad hoc impedimentum contrahendum re- quiratur cum conjungatur alterutro consanguinitatis gradus quartus. Facta igitur hypothese Claudium cum socero con- sanguinitatis gradu quarto conjunctum non fuisse, nihil affi- nitatis cum Joana contraxit, quamvis affinis fuerit Renesio, qui primus Joanae maritus fuit. Ratio est, quia affini- tas nunc temporis haud longius extenditur, quam ante Con- cilium Lateranense quartum extenderetur, cum in praesentia revocata fuerit ad primum gradum, ut constat ex cap. non de- bet extra de consanguinitate & affinitate l. 4. tit. 14. & ex Glossa ejusdem Cap. v. in secundo & tertio. Ex quibus Texti- bus sequitur secundum & tertium affinitatis gradum matrimo- nio non amplius impedimento esse, & Claudii cum Joana matrimonium valide iniri posse.

Decisum hac die 8. Martii ann. 1678. Aug. de Lames.

CASUS XLIII.

Matrimonium Patruum cum Neptis.

Petiti postea a Romana Curia dispensatio, cujus vi Neptis Pa- trui suo nubat, cum hoc matrimonium esset necessarium ad Avi familiae exitium impedendum. Ad id idem opus est, ac qua rimerent, licetia viderent maxima verisimilitudine, ac solidae difficultatibus, qua in discussione honorum avi, & neptis occurrerent.

QUAESTITUM.

Titius Officio fungens ex pluribus, quos habet, filiis ma- jorem natu virum dat puella, qua eum grandi patri- monio locupletat; ille vero vicissim suorum bonorum om- nium

(b) Sanchez. l. 8. disp. 21. de matr. Bonacina de legib. disp. 1. q. 2.

nium praesentium ac futurorum dimidium, propriamque Of- ficiam filio tribuit.

Moritur filius, etique filia tantum ex matrimonio super- stes est; haud contenta mater egreditur foeceri domo, fibique filiam petit a iudice, qui eam adjudicat Avo, qui quidem Nurui reddit, quicquid attulit; vidua & ipsa moritur, & Socer repetit ejus bona, istique omnino fructus, quae ad Ne- ptem pertinent. Quia porro non temere creditur, ut, hac puella nubente, ex ejus matrimonio Avi familiae graves lites oriatur. Quaeritur, an ad hac evitanda litigia, atque Avi, necnon ejus filiorum perniciem avertemdam peti possit a Romana Curia dispensatio, qua haec puella liceat suorum Avunculorum uni nubere?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet peti posse a Ro- mana Curia dispensationem, qua puella liceat Patruo nubere, ne Avi familia pessum eam; dummodo lites, quae possent ex- istere, si illa per matrimonium ad extraneam familiam migra- ret, non excrescerent a Patruis, qui nepti, quod debent, solvere nollent, nisi juris difficultatibus, quae Patruorum & Neptis rationibus dubis differant. Si enim ea lites nullo alio fundamento niterentur, quam prava Patruorum voluntate, dispensatio, de qua sermo est, peti non posset, quia injusti- tia & dolus hac ratione compensarentur. At si bona fide li- tes graves & juris speciei nixae timeantur, ad dispensatio tuam conscientia peti potest, ea tamen conditione, ut puella sui juris compos fiat, quo nempe funditus rerum suarum ratio- nem cognoscens integra cumulatque quoad hoc matrimonium gaudeat libertate, si enim ex improvisi circumveniretur & de propriis juribus celaretur, hae agendi ratio dolosa esset. Facta igitur hypothese vera necesse esse pro bono pacis, ut Maria suorum Patruorum uni nubat, adiri potest Romana Curia, a qua dispensatio obtinebitur. Id nempe non caret exemplo, cuiusmodi affert Sanchez, cap. 8. de matr. disp. 19. num. 30. & nos haud ita pridem in Galia vidimus.

Decisum Parisiis die 21. Novembris an. 1679. Augustinus de Lames.

CASUS XLIV.

Matrimonium cum impedimento erroris personae.

Matrimonium nullum esse, cum adest error personae, ac dolus actionis substantiam efficiens, ut si qua mulier Petro nubat loco Pauli, cui nominatim nubere in animo habet. Error, qui ex tantum efficit, quae sunt accidentaria, cujus- modi sunt nobilitas, pulchritudo, divitiis, matrimonium nul- lum non efficit.

QUAESTITUM.

Quidam forte existens in Provincia Urbe sibi de Mouchi titulum arrogabat, seque ex Marchionis d'Hoquin-court familia, ejusque consobrinum dicebat. Accessum habuit apud gradum praestantem virum, qui unica filia erat, in quam proinde unam omnium paternam, eaque non mediocris cadebat hereditas. Ille momentis prope singulis iactans originem, consanguineos, opes, quos quidem magnopere exaggerabat, nescio qua literas tanquam a Patre acceptas ex quibus sibi fidem accubatur, ostentabat. Puella pater de tam egregia consanguinitate sibi plaudens mittenda curavit literas ad Marchionem d'Hoquin-court, ut cognosceret, an is esset ex familia de Mouchi. Respondit illa eum sibi saepe visum, & ex familia de Mouchi natu majorem esse. Interea deceptor, qui nihil aliud mente versabat, quam ut eum, cujus filiam ducere volebat, circumveniret, obrufit patris procuratio- nem, qua ei grandia pollicebatur, perfectique futuri Soceri consensu, ut nuptiae indicerentur. Tantam veritatis ac ju- ris speciem procuratio praeserebat, ut proinde matrimo- nium ex certa iactata nobilitatis fide celebratum fuerit. Sed hominis vitae ratio, atque indeoles, nec non accepti non semel nuntii, eum nebulonem ac deceptorem esse, in causa fuerunt, ut in ejus dicta factaque attentius inspicereur. De- nique interceptus literarum falcibus, quicquid nequitiar, ac fraudis haecenas delictorum, factis in apicum protulit. Perditio hinc nomen est Mouchi Frenoi; adeoque non est ex illustri familia de Mouchi, ut potius sit scellestus & nequam ad crucem damnatus; quae producta acta, sunt omnia adul- terina & ab ipso supposita, procuratio patris, indistincto no- ptiarum, juridica confirmatio. Curante Socero, fister, & a iudice interrogatus fateatur se sibi nomen supposuisse, ut ad nuptias, quos obtinuit, perveniret, atque adeo se hictor- um omnium auctorem fuisse. Cam res adhuc esset sub iudicio, carceribus vi facta, a fugit. Pater praevita facto, deceptae Puellae Tutor Rescriptum impetrat, quo pronuntiat tam ad publicationem, quam ad celebratio-

Lames Tom. II.

nem matrimonii perpetam, & ex abusu ventum esse; nullum proinde, & non valide contractum matrimonium declaratur, puella reclamato adversus consensum, quem tum pater, tum ipsa praestiterant, acceptatur, indicuntur restitutions litterae, & partes revocantur ad eum statum, in quo ante matrimo- nium, quod rescissum esse abrogatum remanet. Contractum erant. Itaque Puella quaerit ex Sorbone Doctoribus, an se ipsa & coram Deo, quod inivit, matrimonium nullum sit, etique ipsa, ut antea, libertate, & novi matrimonii contra- hendi libertate gaudeat?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, si ad litteras Marchionis d'Hoquin-court pro certo habitum est eum, de quo in proposita facti specie, esse natu majorem familie de Mouchi, & puella in animo habuit ejus familiae natu majori nubere, ita ut ea qualitas ratio fuerit, quae eam ad consensum praestandum determinaret, matrimonium, quod ipsa contra- xit, nullum esse, quia familia de Mouchi natu major non erat. Adest in hoc casu error personae, quod impedimentum dirimens est.

Ad id explicandum, rationem certum ponendum est. I. Matrimonium esse stricti nominis conjunctionem inter duos, qui per omne vita spatium una victuri sunt; ut proinde multum interfit ejus, qui matrimonium inire vult, ut sic ea singularis, & individua persona, non autem alia. Id nimirum discriminis intercedit inter matrimonium, & caetera Sacramenta; in baptisate, causa exempli, sufficit, ut Sa- cerdos intentionem habeat eum baptizandi, qui sibi prelo- sum est, ut Sacramentum validum reddat, non autem necesse est, ut haec persona potius, quam alia sit.

II. In Contractibus vero, & potissimum in matrimonio Contractu non ita res se habet; nullus in jure Contractus est; ac rescindi potest, cum ejus, quicum bona fide con- tractum est, dolus est principium, & causa Contractus. Si quis uxorem ducens, quam opibus affluentem putat, decipitur, haud propterea nullum est matrimonium, quia error hic ad Contractus substantiam non spectat, ac si ob hanc deceptionem matrimonia rescinderentur, perturbatio, & grave dam- num in rem publicam redundaret. Quomobrem Ecclesia ad hoc incommodum evitandum noluit errorem hunc esse diri- mens impedimentum, satisque iustam causam, cur matrimo- nium rescinderetur.

Hinc illud consequens fit, matrimonium in proposita facti specie non ideo nullum esse, quod contrahens se ex familia de Mouchi falso vendidit; cum enim qualitas haec generosa sit, eorumque omnium, qui ex hac familia sunt, haec proinde de ejus fraudis haud factis est ad id ponendum, quod dicitur error personae; & quod inde consequitur, nullo modo nullum esse, quod hinc matrimonio praestitum non fuisset consensus, si innotuisset illi hominis ex ea familia non esse; propterea quod si consensus non ideo praesit esse praestitum, ut hinc certe, ac singulari persone nubereur, id matrimonium substan- tiam non afficit. Quod ergo matrimonium hoc nullum praesit reddidit, illud omnino est, quod puella rata id hominis esse majorem natu familie de Mouchi, ei nupsit hoc titulo, quo singillatim a quavis alia persona distinguebatur. Cum porro titulus hic praecipuum praestitum consensus obiectum fuerit, censetur ad matrimonii essentiam spectare; ita ut cum ille natu major non fuerit familie de Mouchi, ei, quam du- cere volebat, imposuit; & celebratio, quae inde secuta est, absolute nulla est ex defectu veri consensus, ex puella parte necessarii. Uno verbo occurrit in hac facti specie error personae, quod impedimentum dirimens est, facta hypothe- si, ut jam declaratum est, eam puella voluntatem, & in- tentionem praesitam fuisse, ut majori natu familie de Mouchi, & non alteri nubere.

Decisum hac die 8. Julii ann. 1699. G. Fromageau.

CASUS XLV.

Matrimonium cum impedimento voti.

Vota, quae in Congregatione ab Ecclesia approbata eduntur, non minus simplicia sunt, quantumvis promittatur votorum firmitas, & nunquam fore, ut dispensatio possit esse, nisi Bulla, qua eam excoerent, evincenter evincant, Pontifex eam mentem fuisse, ut ea redderet solennia. Hinc sequitur matrimonium contractum ab homine, qui in hac Congregatione sua vota emisit, illicitum quidem esse posse, nullum, & invalidum esse non posse.

QUÆSITUM.

IN Congregatione approbata, & in Regno recepta eduntur vota, que tanquam simplicia spectantur, & in Constitutionibus talia nominantur. Qui porro ei nomen dant, perpetuum in Congregatione constantiam promittunt, & juri dispensationis in votis renuntiant; atque adeo Constitutiones differis verbis declarant hujus Societatis vota æque ac Regularium esse indispensabilia, propterea quod qui ea emittunt, inflexibili, & immutabili ratione Congregationi obligantur, & vicissim Congregatio iis obligatur, ex quo fieri videtur, ut ejusmodi vota solemnia sint. Hoc posito, quaeritur, an qui ex hac Congregatione egreditur, emissâ Professione, validam matrimonium inire possit, & an illud per edita vota nullum reddatur, cuiusmodi illud esset, quod Presbyter, aut Regularis Ordinis approbati contraheret?

Dubitandi ea est ratio, quod vota simplicia in Ecclesia spectantur tanquam impedimenta, que matrimonium quidem illicitum reddunt, non tamen rescindunt iam contractum.

Ex alia parte cum vota solemnia, que matrimonii solvendi, & abrogandi vim habent, ab Ecclesiastica Institutione omnino pendeant: Pontifex proinde hanc indispensabilitatem, ac solemnitatem simplicibus votis addere potest. Et hæc Gregorius XIII. videtur ita rem adjudicasse in Societate Jesu favore, ut monet Suarez tom. 4. l. 3. c. 3. & l. 4. c. 1. Jam vero Pontifex videtur fuisse mens eadem quoad ea vota, que in Congregatione, pro qua consulantur, emittuntur, quoniam ejus ratas habuit Constitutiones, in quibus vota hæc, licet simplicia, perinde tamen ac Regularium indispensabilia fore dicuntur. Illud autem summopere animadvertente dignum est, eas Constitutiones publicis Regis litteris firmatas esse, & in Sanatum Acta relatas, & roboratas Rescriptis Consilii Status, que etiam abrogantur Testamenta ab hujus Congregationis nonnullis edita, tanquam qui mundo mortui essent.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum super exposita facti specie patet, propositæ quaestionis decisionem ab hac alia pendere, videlicet: Regulariter sit, an vero Secularis ea, de qua agitur, Congregatio. Non in eo vertitur difficultas, ejusmodi se esse putant, aut esse velent, qui eandem component, sed ejusmodi demum re ipsa sint; & an Pontifex eam tanquam peculiarem Regularium Societatem susceperit. Si enim ejusmodi sit, cum Subditi tria vota solemnia emittunt, extra omnem dubitationem est, eos, qui inde egrediuntur, non posse matrimonium contrahere, ac si qui contraherent, id nullum fore. Si ex Congregatio Regularis non est, sed Secularis, casus istius votum in ea emissum non censetur solemnem votum, nec potest esse matrimonii dirimens impedimentum. Extrat regula in text. cap. ante de voto, & qui res dempione, ubi Bonifacius VIII. ita loquitur: *Declaramus dicimus evoculo sanctionis illud solum votum debere dici solemnem, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri Ordinis, aut per Professionem expressam, vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatis: Reliqua vero vota est quandoque matrimonium impediant contrahendum, & quanto manifestius sunt emissâ, tanto propter plurimum scandalum, & exemplum duntaxat poena transgressibus debeat, non tamen rescindere postea: matrimonia post contracta. Vota porro simplicia, que Societatis Jesu Patres emittunt, nihil ad rem faciunt, quia Suarez non ea tanquam solemnitatis expertia spectat, sed potius contendit satis habere solemnitatis, ut eos, qui ea emittunt, per obligationem, quam inveniunt cum Religione, devinciant. At cum in hac Congregatione Religio locum non habeat, & non nisi in Religione approbata solemnem votum emitti possit, consequens fit, ea, que ibidem eduntur, solemnia esse non posse, nisi Congregatio in Religionem erecta fuerit. Ad id adjudicandum consulenda essent Institutionis Diplomata. Ibi enim occurrerent fortasse clausulae, ex quibus palam fieret Pontificem pro ea, qua gaudet, potestate vota in ea fieri solita, quantumvis ea emittentibus appareant simplicia, solemnia reddere voluisse: quo in casu illi quidem valide matrimonium inire non possent. At id ex proposita facti specie non constat. Seruandæ quippe consuetudinis, nunquamque petenda votorum dispensationis facta promissio transgressoris quidem culpam gravioerem efficit, voti autem naturam non immutat omnino. Consulendum caput unic. supra laudatum.*

Decisum Parisiis in Sorbona die 13. Maji an. 1687. Aug. de Lamoet.

CASUS XLVI.

Matrimonium inter pauperes spirituali affinitate conjunctos.

Episcopus dispensare non debet in impedimento dirimente, quod vir, & mulier, qui mutuo matrimonio inire volunt, cognoverunt, & de industria occultaverunt Parocho, qui eorum propriis non erat, pene quem publicationes edendas curavit, quique alium jessellavit, ut eos in matrimonium conjungeret.

QUÆSITUM.

VIDUUS, & Vidua mutuo nubere volentes propriam Publicationem rogant, ut publicationes ederet. A prima publicatione orta est oppositio, idque ob spirituales affinitates, quia vir patris suæ fuerat unius & filius, quos mulier ex prioris matrimonio susceperat. Illi vero utpote valde rudes, de oppositione commonefacti, cum vel acquiescere, vel ejus impedimentum dirimentis dispensationem postulare deberent, contra ad alium ejusdem Urbis, in qua habitant, Parochum accesserunt, qui, Parochiales, necne essent, non inquirens, tres deinceps publicationes edidit, eosque publicationum fide munivit. Multis quidem ejusdem Urbis Sacerdotibus se matrimonio jungendos siterunt, sed cum in ea Declaratione publicationes tantum continerentur, de matrimonii vero celebratione nullam verbum occurreret, neminem invenire poterunt, qui eos in matrimonium conjungere audeat. Id ergo cœpere consilii, ut conjugatos se dicitarent, & cum veluti nuptias egissent, diebus circiter quindecim perinde una versati sunt, ac si re ipsa conjugali vinculo conjuncti essent.

Cum Juxta Ecclesiasticus de re tota certior factus eos acciri mandasset, moniti promiscuo separationem promiserunt, addentes se ex duobus omnino diebus ita facere iam cepisse; quamobrem iis data spes esse, fore, ut in id incuberentur, ut in posterum legitime una vivere possent. Sed cum negotium nonnulli deferbisset, ad vomitum rediere, quod in causa fuit, ut Promotor eos ad Officialis tribunal vocaret declararet, quo tandem jure una versarentur, ac viverent. Cum illi se ad incitas redactos viderent, ad raris Parochum, ubi eorum alter natus erat, se contulerunt, emque rogant, ut in matrimonium ipsos conjungeret, ad publicationem declarationem, sed eum nec de spirituali affinitatis impedimento, nec de oppositione, que ad primam publicationem in domicili Parochia peractam extierat, monerunt. Hic Parochus eos in matrimonium conjunxit. Officialis commonefactus eos insectari non desistit, ratus se non debere ei matrimonio auctoritatem addere, in quo impedimentum dirimens occurreret, quodque præterea non a proprio Parocho celebratum fuerat, sed a Parocho nativitatis alterius, qui ex Parochia anno ante discesserat.

Ita implexis rebus, non desere pietate prestantes Viri, qui horum miserorum crimine tacti rursus ad dispensationem iis obtinendam incumbere. Restitit initio quidem Episcopus, eorum paupertate, que vera, & genuina est, haud peremptus; verum labinde secum reputatos eos admodum rudes esse, ad Romanam Curiam confugere omnino non posse, negata dispensatione, in perpetuum concubinatum, atque in apertum æternæ salutis discrimen adduci, se ad concedendam dispensationem magnopere propendere significavit, atque adeo concessit. Is porro, qui eam tradidit, ut ad matrimonii celebrationem deveniret, ipsum monens sibi non videri pene eum potestatem esse dispensationis ejusmodi concedende, aut matrimonium contractum, ei auctor fuit, ut rem Sorbonæ Doctoribus expendendam proponeret. Quamobrem quaeritur.

I. An inspecta contrahentium paupertate, possit Episcopus super hoc affinitatis impedimento dispensare in ejusmodi facti specie, que occultata non est, in qua nullum adest vere celebratum matrimonium, in qua denique adeo apparet mala fides, aut saltem adeo crassa ruditatis, cum in hujusmodi hominibus stuporem, quam malitiam adeste fit verosimilior.

II. Facta hypothese non videri Episcopum posse, ad debere dispensationem concedere, an e re sit uterque, quod apud Officialem fieri ceptum est, eosque anathemate percelli, atque adeo ad secularum Judicem denuntiar, ut omnino cogantur illi divorcium facere, vel alio abire?

Animadvertente dignum est adeo pravam apparere horum hominum animi preparationem, ut ad turpe commercium distisse videantur, dispensationis dilationem ægre ferentes, timendumque sit, ne ita pergant, quoad poterunt, si ipsis dispensatio absolute negetur; quia femina curam gerit quaeritur, aut quinque pauperum, quos homo ex prioris matrimonio suscepit, & quorum educationi ipse per se vacare omnino nequit, cum sit mercenarius, qui in vultus sudore vitam sustentat.

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum super exposita facti specie censet, quamvis doctibus Auctoribus bene multis Episcopus dispensare possit vel in iis, que ad summum Pontificem spectant, cum necessitas id requirit, nec Pontifex ob paupertatem, vel aliquid aliud obiculus adiri potest, & cum dispensatione non concessa aliquid scandalum, aut ali-quod grave malum consequeretur, in re tamen, qua præ manibus est, hanc necessitatem adeo gravem non apparere; præterquam quod periculum foret, ne, si Episcopus dispensaret, aliis eadem aggrediendi ansa præberetur, sperantibus sibi facilem fore Prælati dispensationem. Quibus addi & illud poterit, complures Auctores esse, qui putent Episcopum in impedimentis dirimentibus non solum dispensare posse, cum ea occulta sunt, contractumque, ac notum est matrimonium. Diserta sunt in hac rem Navarri verba in Manuali cap. 22. num. 85. Tertio dicendum, quod Episcopus non potest dispensare in aliquo impedimento, quod dirimit, solummodo omnes, nisi quando impedimentum occultum est, & matrimonium publicum, & separatim magno scandalo foret, & apud Populum, & apud Nuntium præsertim ad id habendum confugi non potest propter magnam paupertatem, aut alia impedimenta, ut affirmavit Angelus, & Sylvester. Sane non desunt Auctores, qui Episcopalem auctoritatem longius extendant; sed nimirum necesse esset gravioerem necessitatem fore, & dispensationem non iis concedi, qui egero cum tanto Ecclesiasticarum Legum contemptu. Itaque in hac facti specie vera paupertatis habenda non est ratio, quandoquidem hi homines scandalum publicum atulerunt. Doctrinam hanc Consilium subscriptum Tridentina Synodi definitio confirmat part. 24. Decret. de reform. matrim. cap. 5. ubi de impedimento quidem, quod præsentis negotii difficultatem parit, sermo non est, sed cum ratio, quam adest, generalis fit, indubitata in hac facti specie inducto deduci potest: Si quis, Synodi verba sunt, inira gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separatur, & sp. dispensationis consequenda caret, idque in eo magis locum habet, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Ratio, quam Synodus affert, est temeritas, ac presumptio, qua contracto, atque adeo consummato matrimonio Ecclesiæ Regule de industria contempti ducti essent. Cum porro præsumptio hæc in hominibus, de quibus quaeritur, locum habeat, non apparet, qui demum in tuto poni possint ab hac regula, qua quidem eo pluris faciendâ est, quod alteri apud omnes genus hominum recepta consuet, suam semini malitiam prodere debere. Jam vero si res in se ipsa spectetur, de mala eorum fide liquido constat, I. quod matrimonium simulaverunt, & in eum finem quædam veluti nuptias celebraverunt; II. Quod publicationes ab aliis Urbis Parochis edendas curaverunt, & ad se in matrimonium conjungendos sollicitaverunt; III. Quod ad nativitatis Parochum congererunt, quia tamen impedimentum, quod cognoscerebant, ei declararent; id quod fraudem ac dolum evidenti. Ex quo sequitur cum iis agendum esse juxta regulam in eo Tridentina Synodi loco, quem laudavimus, institutum.

Ad alteram quaestionem quod attinet, in hos homines, quod ceptum est, negotium urgendum esse. Scandalum hoc nonnulli ecclesiarum punitione reparari potest. Quamobrem post Ecclesiastica Curia sententia, secularis potestatis subsidium implorari potest, ac debet, ut illi Legum vi adiganter ad scandalum, quod afferunt, de medio tollendum. Quod si vir auferret, pueris, quos desereret, ita cavendum esset, ut vel in Hospitali collocarentur, vel alia ratione eorum indigentia tum spirituali, tum corporali prospiceretur.

Decisum Parisiis die 3. Junii an. 1687. Augustinus de Lamoet.

CASUS XLVII.

Matrimonium cum duplici consanguinitatis impedimento.

- 1. Matrimonium, in quo adestis impedimenta duo, nullum est, cum unum tantum ad obtinendam dispensationem Pontifici expositum est.
- 2. Matrimonium haud minus firmum validumque est, cum bona fide, & absque impedimento, quod expositum non fuit, contractum est.

QUÆSITUM.

TITUS, ac Mævia intra gradus prohibitos ex duplici capite consanguinei petunt a Pontifice dispensationem, duplici consanguinitate minime exposita. Hujus dispensationis impetrata vi matrimonium bona fide contrahunt; & per annos triginta quinque convivunt prolis expertes. Titius post

Lamoet Tom. II.

id temporis in morbum incidit, editque testamentum, quo ulus ea libertate, qua gaudet pro loci consuetudine. Mæviæ, tanquam legitimam conjugem ex assè heredem instituit.

Quæritur, an matrimonium, ac testamentum valeant?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum, quod exposita vidit, existimat Titii Mæviæque, qui dispensationem petentes duplicem consanguinitatem inter ipsos existentem non exposuere, matrimonium nequaquam valere, quia ea duplex cognatio duo non ejusdem generis impedimenta secum affert. Itaque Pontificis, utpote qui non satis de re cognovit, dispensatio tanquam nulla spectanda est. Hæc Theologorum & Canonistarum communior doctrina est, & quidem Romanae curie præxi, ac filio firmata. Pyrrhus Corradus Dispensationum Apostolicarum lib. 7. cap. 5. explicans ea verba, *Communi fidei*, id tradit expressè hinc verbis: *Nisi verba hæc addiderentur, redderet profecto subreptitia dispensatio, si forte id impedimentum ex duobus spiritibus proveniret, & cap. 6. eodem loco num. 74. & 75. sicut docet quædam præxi, de hujusmodi duplici consanguinitate verba faciens: Quando adfert plura impedimenta, ut valens dispensatio, omnia sunt exprimenda, quia tamen si nulli jura caventur, clarum est nihilominus, quod eo ipso quod jura præcipiunt, omnia impedimenta narranda esse in dispensatione, & nihil tacendum ex iis, que alias non expressè redderent illam nullam, sine dubio videtur id tacite præcipere, quia satis est dicere, quod pluribus impedimentis existentibus, diffidit esse Princeps ad concedendam dispensationem, Cap. Pastoralis de privileg.*

II. Bonam fidem, qua dispensationem obtinuerunt, in causa esse, ne triginta quinque annorum commercium eis culpe vertatur, dammodo de vicio, quo impetrata dispensatio laborabat, omnino ignoraverint, eandemque bonam fidem satis futuram fuisse, ut filii, si quos susceperint, legitimi essent.

Quo quidem posito, ad quaestionem alteram responderetur, Mæviam testamento, quod Titius in ejus favorem edidit, utri posse, quia I. bona fides efficit, ut ei legitime conjugis commoda ac jura competant, ut animadvertit Casseus ex Burgundica consuetudine Rubric. 4. §. 5. num. 12. in hæc verba: *Extende hanc consuetudinem, ut habeat locum in matrimonio putativo, cum matrimonium putativum habeat privilegia ea, que habet verum respectu mulieris, l. Si cum dotem. Et quamvis non eadem Jureconsultorum sententia sit inter conjuges putativos, nulla occurrit difficultas quoad commoda, que ipsis ex testamentariis dispositionibus proveniunt, ut monet Covarruvias tom. 1. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 9. II. consens firmumque est, Titium, dum testaretur, eo animo fuisse, ut sua traderet Mæviam, & tanquam legitime uxori, quia eam ut talem spectabat; & cum in ea donatione persone rationem habuerit, ob eam, qua illa cum eo se gesserat, rationem ita si placuisse censendum est; atque ita determinata fuit ejus voluntas ad bene ei faciendum tum ob ipsius personale meritum, tum ob conjugis titulum. Magnam fidei eius personam rationem habuerit oportet, cum eam fuisse legitime consanguineis anteposuerit. Putatur itaque Mæviam frui posse bonis, que ex Titii testamento eidem proveniunt, pro testamento, quod patrii Regulis congruit, dispositione.*

Decisum Parisiis in Sorbona hæc die 9. Junii an. 1677. Augustinus de Lamoet.

CASUS XLVIII.

Error qualitatis in Matrimonio.

- 1. Qualitatis error non semper est dirimens impedimentum.
- 2. Talis est, cum ad contrahendum voluntatem referretur.
- 3. Si Puella nobilis edicat, se, si is, cui nubit, nobilis non sit, assensum non præbere, nullum est matrimonium, si vir sit ignobilis.

QUÆSITUM.

MARIAM nobilem Matronam sibi conjugem petit Petrus ignotus homo, qui se nobilem prædicat. Illa ei edicit se illi nubere omnino nolle, ni nobilis sit, ex eoque requirit, ut sibi nobilitatis titulos exhibeat, seque de familia certioerem faciat. Petrus, qui nobilis non erat, Mariam salutare voluit, inquires se ex familia, quam nominavit, quæque in Regno præstata sanguinis claritate præstata. Suppositos nobilitatis titulos, qui huic familie congruebant, ad Mariam detulit, quæ eos peritis Viris expendendos propoposuit, qui quidem eidem testati sunt eos titulos legitimos esse, atque optime consulere nobilitati Petri, qui ex ea se familia dicitabat. Maria titulos Petro restituit pronuncians se in matrimonium consentire, quoniam nobilis esset; secus fæ nanquam fuisse consensuram.

D 4 Cele.

Celebratum est matrimonium vi duplici Declarationis, quam Petrus tanquam a suis suppositis consanguineis factam proposuit. Aliquanto post Maria se deceptam cognovit, & Petri ignobilitatem detexit; ergo ea rogante editum est Senatus Rescriptum, quo ob Petri fraudem ab ea expositam probatamque matrimonium solutum fuit.

Itaque Maria interrogat, an tuta conscientia possit a Petro abesse, & ulla cum eo conjunctionem contraxerit, quam Senatus diluere non poterit; atque an, cum Petro nupterit ea tantum conditione, si nobilis esset, nullam necne existerit veri nominis matrimonium, quo tempore contraxit ea conditione absoluta, & sine qua in matrimonium minime consensisset?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum existimat matrimonium inter Petrum & Mariam nullum esse, ac non immerito in foro externo rescissum fuisse. Et sane quamvis error ratione qualitates fere dirimens impedimentum non sit, quia qualitas ipsa per se aliquid tantum matrimonio accidentaliter atque exterius est; cum tamen hic qualitates error alterutris contrahentis voluntatem respicit, atque adeo luculenter offendit, abique ea qualitate nullum matrimonium contractum iri, hoc in casu conditio hæc interna est, & ad matrimonium substantiam spectat, quoniam quod Contractus validitatem efficit, voluntas est. Porro hæc Mariæ voluntas non fuit, cum nupti Petro, dummodo nobilis esset, ut agebat; ei quippe discretis verbis significavit, se, si focus res haberet, nunquam in matrimonium consentirem. Concluditur ergo matrimonium inter Petrum & Mariam nullum esse; præsertim si Maria adhuc in suscepto consilio matrimonii tempore perseverabat, ut est admodum verosimile.

Et sane Maria visis literis, quibus etsi falso Petri nobilitas denuntiabatur, ei nupti, neque vero consilium prius revocasse censenda est. Constant enim Mariæ matrimonium invalidum futurum fuisse, si dum Petro nupti, adhuc ita fuit animo comparata, ut nisi nobilis esset, literis non obstantibus, ei omnino nubere nollet. Jam vero hæc eadem dispositio censetur adhuc virtualiter subsistere in literarum falsitate quamvis occulta, quod ad matrimonii invaliditatem factis est. Præterea in hujusmodi matrimonii conditione suspensus nemo sane unquam assentiret, si se decipi crederet; ergo his in casibus non sequitur proximam dispositionem revocari immo vero semper censetur virtualiter permanere. Denique dici nequit Maria a proposito delituisse, nisi sub conditione videlicet facta hypothese veritatem Petri literis condideri; cum autem ex sicte esset, ac post matrimonium eorum falsitas innotuerit, pristina Mariæ dispositio adhuc permanere censetur. Ita ratiocinantur Sanchez, & Basilus Pontius, Bonacina, alique complures, qui probant errorem quoad qualitatem in specie ei, de qua agitur, simili impedimentum dirimens esse posse ac re ipsa efficiere ut matrimonium irritum sit. Quomobrem Senatus Rescripto suo matrimonium hoc jure abrogavit.

Decisum in Sorbona hac die 19. Maji an. 1705. G. Fromageau.

CASUS XLIX.

Matrimonium filifamilias absque Patris consensu.

- 1. Matrimonium, quod nullum dignoscitur ex defectibus, quibus obnoxium est, debet a contrahentibus reintegrari.
2. Adulescens a Patre, quod eo invito matrimonium interit, ex-redatus, nihil non agere debet, ut in gratiam cum Patre redeat, ejusque consensum obtineat.
3. Si pater assensu renuat, qua pars est observantia cum eo ager, prout Constitutio prescribitur, qui ætatis annum trigessimum attingerunt.
4. Si pater legitimis de causis ad exheredationem devotus, etiam revocare non tenetur.

QUÆSITUM.

Titius annos natus plus quam 24. data matrimonii fide, abuitur Semproniam, paris conditionis annorum 27. eamque in uxorem ducit absque suorum parentum consensu, a quibus propterea exheredatur.

Ut Titius votorum suorum dannaeretur, se majorem esse, fibique nec patrem, nec matrem superstitis esse supposuit; falsoque teste usus, in cuius domo degebat, se per tres menses & amplius in Parochia, ubi matrimonium peractum est, residere confixit: quamvis nonnisi diebus quindecim ibidem moratus esset, quo Parochi, qui matrimonium celebravit, subditus censetur; que quidem postrema circumstantia matrimonium invalidum efficit. Titius ad hoc usque tempus cum Semproniam verlatus est, & filios quatuor ex ea suscepit. Id in questione venit, an Titius in foro conscientie matrimonium suum reintegrare teneatur; quod ei hæstus

impedimento fuit, id nimirum est, quod ipse contendit, cum matrimonium nullum sit, exheredationem, que nullam aliud fundamentum habuit, subsistere omnino non posse.

Animadversione dignum est, Titium post hæc inobedientiam magna moderatione, ac reverentia erga parentes suos usum esse, publica obsequii argumenta, etiam in Ecclesia, præbuisse, & per annos sex sacros quosque in Urbe Oratores, ac multos etiam graves viros ejusmodi conciliationi vehementer studuisse, his tamen patrem pertinacia nemini non perspecta semper restitisse.

Quæritur, an Titio matrimonium, ut par est, reintegrare volente, teneatur & pater assensum præbere, ut filii conscientiam, ad se quod attinet, in tuto ponat? Id etiam scitu dignum videtur, qui tandem pervicacis hujusce patris animus molliri possit, atque an filius, tringinta jam annos natus possit Semproniam ducere, quin exheredationem pertineat, ea reverenter cum patre præstans, que præstanda prescribit Constitutio.

RESPONSIO.

Theologie Doctores subscripti haud putant necesse esse, ut super matrimonio, quod Titius ætatis an. 24. & Semproniam 27. contraxere, validate sententiam dicant; quandoquidem ex omnibus que illud comitantur, circumstantiis invalidum satis apparet.

Super priore questione sentiant, opus omnino esse, ut Titius suum cum Semproniam matrimonium reintegret, prout legimus Exodi c. 22. & Juri Canonico insertum est lib. 5. Decretal. de Adulteriis cap. Si seduxerit, in hæc verba: Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, domesticam cum ea, dotibus eam, & habebit eam in uxorem. Verum quia reverentia, qua filius patrem prosequi debet, requirit, ut ejus consensum quam humillime petat, ac persuadere se omnino debere eum ea, qua tandiu abusus est, matrimonium intrare, ideo videtur imprimis exhibenda longe maxima observantia, ac subjectionis officia ad impetrandam ejusmodi permissionem, antequam impendatur ea juris actio, quam Ludovici XIII. Constitutio an. 1639. edita concedit, quippe cum consilia firmumque sit semper Ecclesie mentem fuisse, ut nonnisi parentibus consentientibus filii matrimonium contraherent. Prælo sunt in hæc rem argumenta non in multis tantum Canonibus, ut in Capitulis Aliter, & Nostrates 30. q. 5. &c. verum etiam apud Tertullianum in Libro ad Uxorem, cujus hæc verba sunt: Unde sustinentur ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsequium benedictio, Angeli nuntiant, Pater pro rario habet; nam nec in terra filii sine consensu patrum recte & jurantibus. Cum porro Titius matrimonium, quod iniri, firmare omnino debeat, si pater semper refragari peristerit, tum vero ejus consensum de scripto petet juxta Constitutionem.

Ad Patrem quod attinet, Subscripti, qui ejus consilii causas ignorant, de ipsius proinde obligatione judicare non possunt; quippe cum ejus consilium non modo Romanorum Legum, sed etiam Regum nostrorum Constitutionum auctoritate nitatur; adeoque rationes maxime legitime subesse possint, quomobrem in proposito, salva charitate, ipse persistat; cujusmodi esse possit exemplum, quod exhibere vellet punitionis, qua dignus est filius, qui patriam auctoritatem ita violat, contemnitque. Hanc nimirum rationem asserit Henricus II. ut Constitutionem confirmet, que patribus eos filios exheredandi, qui eorum ingratis matrimonium inierint, potestatem concedit.

Exheredationis porro negotium hoc loco non attingitur; ea quippe questio ad secularis Judices spectat; id unum dicitur, cum patri graves cause prælo esse possint, ejus obligationem dijudicari non posse. Ad id enim, quod dicitur operere, ut pater de filii conscientia sollicitus sit, eamque ob causam in ejus matrimonium non consentire non posse; respondetur, ut tamen ut responso propositæ questionis terminos haud prætergrediat, filium posse in presentia matrimonium contrahere, quoniam ad trigessimum ætatis annum pervenit, petito patris consensu, propriaque conscientie satisfacturum esse, etiam si quam petiisset, veniam non obtineret; patrem vero non teneri id relinquere, quod antea facere potuit juxta de causa, cujusmodi foret intentio publici boni. Quod si Patrem hunc ad exheredationem impulsisset vindictæ cupiditas, odium, alterius filii prædilectio, vel aliqua alia ratio charitatis, aut justitiæ contraria; ejus consilium summo opere damnum esset. Sed cum id omne Subscriptis lateat, sententiam dicere proinde non possunt.

Decisum in Sorbona die 25. Februarii an. 1672. Aug. de Lamez.

CASUS L.

Episcoporum potestas quoad dispensandum in matrimonii impedimentis.

- 1. Impedimentorum matrimonii dirimentium dispensatio Summo Pontifici nulla generali Ecclesia Lexe reservata est. Id juris Pontifex longe possessione prescripsit.
2. Episcopi, qui jus hoc sibi reservaverunt, eo uti possunt, eorumque dispensationes valida sunt.

QUÆSITUM.

Antonius N. . . . Armiger N. . . . cum Annam Magdalenam in uxorem ducere statuisset, comperit eam sibi quarto consanguinitatis gradu conjunctam esse; quod in causa fuit, ut Antonii Patris consanguinitatis dispensationem a Generali Vicario peteret; qua impetrata, Parochus ejus vi matrimonium celebravit, annuente Vicario Generali, ut idem Parochus declaravit. At Antonii forores matrimonium in Gratianopolitano Senatu abrogandum susceperunt. Accitæ sunt apud Consularium Præsidis N. . . . ut in illud matrimonium in Acta relatum esset, cognosceretur, id quod comprobatum fuit, missumque Gratianopolim cum verbalibus iudicio Commissarii, & declaratione, quam Parochus exhibuit, potestatis a Generali Vicario receptæ, præstantibus fororibus, ut innuitur in Rescripto die 29. Augusti an. 1693. Gratianopoli edito, ex quo liquet dicti Commissarii verbum sententiam ibidem acceptam fuisse tanquam comprobatam, ut paulo ante dictum est. Atque hoc quidem Rescriptum rem omnem componit, matrimonium firmum, validumque declarans, quicquid forores molire fuerint, ut illud concubinitas declararetur.

Cum tamen Ecclesiastici nonnulli Viri Antonii consulentis animo scrupulos iniecerint, obtinuit ille a Romana Curia consanguinitatis dispensationem, cujus quidem pronuntiatio haud e re esse visa est Generali Vicario, quippe qui dispensationem, quam Parochus ipse concesserat, fati esse judicaret. Verum Casibus aliis alii sententibus, & adhuc proinde nonnullis superfluis Antonii animum exagitantibus, accedit ille ad Sorbonæ Doctores eosque rogat, ut sibi omnem omnino tranquillitatem asserant, desistantque, an ullo ex capite matrimonium, quod contraxit, irritum sit, & aliunde deservit, quod ad essentiam spectaret?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum judicat matrimonium Domini N. . . . cum puella N. . . . inter quos adest consanguinitatis gradus quartus, valide contractum fuisse vi dispensationis ac venie, quam Duceffus Vicarius Generalis ipsis concessit cum causæ cognitione, ut supponitur. Si qua porro esset ratio dubitandi de hujus dispensationis validitate, ea maxime foret, quod videtur ex conclusivitate penes unum Pontificem jus esse super impedimentis dirimentibus dispensandi. Ad Pontificem quidem illi juris pertinet, non tamen vi generalis Ecclesie Legis, aut illius expressi Canonis auctoritate; id ille in Episcopi consuetudine, longaque possessione prescripsit.

Et sane intelligimus ex Historia Ecclesiasticæ monumentis, super controversia, que in Tridentino Concilio discussa fuit, an scilicet matrimonialium impedimentorum dispensatio ad solum Pontificem pertineret, ut Itali contendebant, an vero Episcoporum communis esset, ut sibi Galliæ & Hispaniarum Episcopi, Concilium nihil deservivisse; sed tantummodo decrevisse, ut nonnisi raro, & cum causis dispensaretur; ex quo licet inferri, Episcopos, qui in possessione dispensandi in quarto gradu peristerunt, uti posse jure, quod habent tum ob Episcoporum titulum, tum ob perpetuam, quam retinuerunt, possessionem.

Jam vero prope est, ut contrahentium, de quibus questio est, Episcopus ex eorum numero esse credatur, qui sibi possessionem hæc reservaverunt, atque ita potestatem suam nonnisi ad faciliorem declarationem, & eum eorum commercium nonnisi ad faciliorem dispensationis impetrationem pertinet, haud æque cum his dispensandum esse, id quod multorum gravium Virorum scientia apparet maxime oppositum. Id quoque contenditur persuaderi, periculum vix, quod occurrit in omnibus dispensationibus in secundo in forma pauperum parum putantque filii formulam esse. Rogantur Sorbonæ Doctores, ut id ediderant, quod super hæc re cogitant.

(a) Sanchez l. 7. disp. 102. n. 3. Greg. a Val. tom. 4. disp. 10. q. 5. p. 3. v. Impotentia pag. 2073. S. Antonin. 3. p. titul. 1. §. 3. cap. 21. Pyrrhing. tom. 4. lib. 4. tit. 5. n. 21.

ita totum negotium composuisset, si qua ex parte matrimonium hoc impugnari potuisset.

Decisum in Sorbona hac die 15. Junii an. 1696. G. Fromageau.

CASUS LI.

Matrimonium non consummatum.

- 1. Mulier post cohabitationis triennium, quin maritus matrimonium consummare potuerit, ejus abrogationem petere potest.
2. Potest Pontifex matrimonium non consummatum dissolvere.

QUÆSITUM.

Petrus accusatur impotentia a Joanna conjugæ, matrimonii abrogationem postulante. Post cohabitationis annos tres, inquisitione, atque exploratione peractis, judicatum est, nulla assurgente spe, fore, ut matrimonium consummari possit, illud nullum esse, & utrique conjugi ad alias nuptias transire permittitur. Hujus sententia vi Petrus cum Antoniola, & Joanna cum Paulo matrimonium inuenit; ambo matrimonium consummant; cum autem Petrus & Joanna forte simul essent; copulantur carnaliter, rati per errorem id culpa vacare, & præterit matrimonium vi se posse sua conscientia conjugalem rem facere. Quæritur, quid juris, & quid opus facti?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum respondet, nonnullorum Auctorum sententia, posse (a) Pontificem in matrimonio valido quidem, sed non consummato de causis gravibus dispensare. Probabile id est Sanchez, Gregorii a Valentia, Pirrhingii iudicio, atque S. Antonium Maritanum V. & Eugenium IV. in hac facti specie dispensasse. Dominicus quidem Soto Cardinalem Cajetanum confutans contrariam sententiam tueretur. Priorum opinione difficultas soluta facilis esset; id unum præstandum esse, ut nempe a Romana Curia prioris matrimonii solutio, & posterioris confirmatio peteretur. Verum hujus sententia veritate in medio relicta, casus, de quo in presentia sermo est, ita dirimi potest, ut pronuncietur Joannam ratione Petri nimis actum fuisse, ac laxiorem evasisse, atque hinc factum esse, ut cum Petro deinde consummare possit; sed absque posteriore commercio Joannam semper actam futuram fuisse, quod inde consequitur, ejus impotentiam ratione Petri vere perpetuam fuisse. Itaque Judex Ecclesiasticus matrimonium nullum non immerito declaravit. (b) Consilii possunt in hæc rem Bonacina pariter, ac Sanchez.

Decisum in Sorbona hac die . . . G. Fromageau.

CASUS LII.

Matrimonii dispensatio, in qua copula suspicio tantummodo expressa est.

Ad obtinendam dispensationem exprimens est copula carnalis, non autem suspicio tantum; alioquin nulla est dispensatio.

QUÆSITUM.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut definiant, an dispensatio in secundo gradu, in qua id unum exprimitur, quod est gravi suspicio licet falsa, quod se carnaliter cognoverint, Subreptitia necne sit, cum impetrantes, antequam ad Romanam Curiam missent, se carnaliter cognoverint, & an Officialis eos de factis in Libello supplicii contentis interrogans abstinere possit ab istidem interrogandis, an carnaliter necne se cognoverint? Id persuaderi contenditur eos non teneri proprie turpitudinem declarare, & eum eorum commercium nonnisi ad faciliorem dispensationis impetrationem pertinet, haud æque cum his dispensandum esse, id quod multorum gravium Virorum scientia apparet maxime oppositum. Id quoque contenditur persuaderi, periculum vix, quod occurrit in omnibus dispensationibus in secundo in forma pauperum parum putantque filii formulam esse. Rogantur Sorbonæ Doctores, ut id ediderant, quod super hæc re cogitant.

(b) Bonacina q. 3. punct. 13. num. 8. Sanchez lib. 7. disp. 93. num. 20. & seq.

Consilium conscientia subscriptum hand putat periculum vi...

Super altera difficultate Doctores idem sentiunt, quod est expolitum. Verum quidem est, si eam sequamur ratiocinationem...

Si tamen Romana Curia stilus, & Pontificis intentio spectetur, dum in ejusmodi facti specie veritatem dici vult...

Si contrahentes tenentur proprium crimen fateri, ut in Romana Curia dispensationem obtineant, non apparet, quamobrem super hoc articulo interrogari non possint.

Decisum Parisiis hac die 8. Junii an. 1701. G. Fromageau.

CASUS LIII.

Secundum matrimonium, in quo conjugis bonum spectatur.

- 1 Qui duas filios imbecilles habet a Judice interdictus, non potest cum eorum damno procurare bonum puella, cum qua fecit nuptias inire vult.
2 Nemo nisi vi Legum, & Consuetudinum est suorum bonorum dominus, atque ea debet disponere, prout eadem prescribunt.
3 Judices harum Legum, & Consuetudinum sunt Interpretes, nec licet eas interpretari, contra atque ipsi judicaverint.
4 Severitas hac non opinio quadam est, sed inconcussa veritas sacrarum litterarum, & Sanctorum Patrum auctoritate firmata.

QUÆSITUM.

Situ dignum videtur, an pater, aut mater tuta conscientia filiorum alteri plus dare possint, alteri vero minus, secus atque obtinet consuetudo, qua filius posterior imbecillis animi est?

Franciscus II. Constitutione, qua secundarum nuptiarum Edictum dicitur, an. 1560. edita, & ex Leges Hac Edicti Cod. de secundis nuptiis ducta prohibetur, ne mulieres cum filiis, aut filiorum filiis ad secundas nuptias transeuntes posteriori viro largiantur ex propriis bonis mobilibus, acquisitis, aut propter plus quam filio minus accipienti convenit, vel patribus, matribus, seu filios ditorum vitiorum, aliusve personis, id quod presumi possit dolo malo, ac fraude fieri, ita ut, si inter dictos filios, aut ditorum filiorum filios diviso contingat, vir nequeat plus fumere de dicta conjugis

(a) Pyrrhus Corradus lib. 8. cap. 1. n. 35. de dispens. Apost.

bonis, quam is ex filiis, qui minus habuerit. Hoc tamen Edicto non intendimus mulieribus de suis bonis donandi, ac disponendi majorem potestatem, & libertatem concedere, quam ipsis competit per locorum Consuetudines. quibus per has presentes non derogatur, quatenus, ad hanc rem quod attinet, mulierum libertatem coarctant.

Obtinet Edictum hoc contra viros ad secundas nuptias transeuntes atque contra mulieres; atque ita judicantur Rescripta universa; adeoque hoc idem Edictum de eono dono verba faciens, quod mulieres a priore viro acceperunt, & quo posteriori viri filii frui nequeunt, declarat idem iudicium ferendum esse de bonis, quæ ad viros liberalitate conjugum devenerunt. Id in foro certum omnino, firmumque est.

Andegaveni pariter, ubi ille degunt, de quibus est sermo, Consuetudine firmatum est, ne quis propria hereditatem donare possit, liberis ex antibus; hæc Consuetudinis verba sunt. Ita duobus hinc postis tanquam indubitatis, quorum primum est, virum ad secundas nuptias transeuntem non sine filiis plus dare non posse futuræ conjugii, quam id, quod sumeret is ex filiis, qui minus habent in hereditate; alterum, Andegavenis Consuetudinis vi neminem propria bona, liberis ex antibus, donare possit.

Titius ætatis an. 37. vel 38. duos habens liberos, nempe filium æmorum 26. aut 27. qui viros quidem studiorum curriculo magna cum laude percurrit, sed nonnulla deinde vesania signa præfuit, adeoque consanguineorum consilio interdictus est, ut bonorum administratio eidem admitteretur, ac filiam pariter interdictam consanguineorum ipsorum sententia, quod omnino sit mentis impos; quærit, an ad alteras nuptias transire velens, puellæ, quam ducere constituit, donare possit summam librarum 4000. quasi ipsa dotis titulo eam summam attulerit, tamen non ita res se habeat, & e converso Titius ipsæ summam librarum 400. ei tradere possit, quibus nonnulli aris alieni solvat, quo se obstrinxit, ut subsisteret?

I. Titius hæc donandi libertatem ex eo repetit, quod filius utroque interdictus est, ac proinde non esse censetur.

II. Quod cum ipse Caja, quam sibi conjugem petit, senior sit, rationi consensum est, ut subsidia, quæ ex ea sperat, compenset; atque ita ipsam de se quam maxime sollicitam reddat.

III. Quod favet bona fides, propterea quia Theologi maximi nominis in hac donatione nihil absolum detegunt, quamvis Edictum de secundis nuptiis, & Andegaveni Consuetudinem non ignorent.

IV. Contra dicitur: ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; cum igitur Consuetudo inter filios interdictos, & non interdictos nequaquam distinguit, standum est ejus institutioni, quæ quidem tuta conscientia violari nequit; hæc Lex est, cui se populi subdidit, & cui suos quoque posteros subdere voluerunt; recepta est in trium Provinciarum Conventu, & in Senatu firmata, alioquin frustra Leges instituerentur, si pro arbitratu, propriaque lubricine quisvis agere possit.

II. Ad quod proponitur, est falsitas, quam divina Lex improbat.

III. Fraus est ad hæredes legitimos iis bonis frustrandos, quæ ad ipsos pertinent; non licet Legem eludere; in iis casibus non aliter judicandum, quam ordinariis Judicibus judicantur; cum potro certum sit, si Titius, & Caja faterentur, Cajam ipsam libras 4000. de quibus queritur; non attulisse; futuram, ut eo commodo a Judicibus privaretur; quod satis firmo argumento est Titium id tuta conscientia tribuere non posse.

IV. Opinionis probabilis disputatione in medio relicta, tutius est opinionem tutorem sequi.

V. Edo. Titius esset omnino prolis expertus, distas 4000. libras donare non possit, quia ad summam sua bona mobilia, acquisita, & conquesta, ac propriorum immobilium partem tertiam, id, quod eam summam non conficeret, donare possit.

Sed omnium gravissima ea est ratio, quod Lex eludi nequit mendacio, quod a Judice, si ei innotesceret, minime toleraretur. Ea nimirum bona filius, hereditibusque legitimis acquisita sunt, iisque proinde nonnulli servato juris ordine adimi possunt. Ceterum si Titii filii hoc quidem tempore administrandis propriis bonis inepti sunt, apti aliquando evadere possunt, præsertim vero filius, qui cum humaniorum litterarum, ac Philosophicæ curriculum consecrerit mentis compos, ad eandem deinceps mentem redire potest. Neque illud mittendum, ambo quidem filios Judicis sententia interdictos esse, carcere autem conclusos non esse, quod argumento est eos quidem infirmi, levissique animi esse, at vere dementes non esse.

R. F.

(b) Sanchez lib. 8. disp. 27. num. 8. de matrimo.

Theologia Doctores subscripti, qui proposita expenderunt, existimant 4000. librarum summam tuta conscientia a Titio Caja tribui non posse, quod enim possidet, ad eum non pertinet nisi vi Legis, illudque non aliter, quam ut ea præscribit, disponere potest. Debet igitur Titius se subdere, quoniam certum est, Leges, quæ bonorum dispositionem spectant, in conscientia obligare, atque adeo, qui iis non pareat, Deo ipsi resistat, ut docet Apostolus ad Rom. 13. Nec minus certum est bonorum possessionem, cum iustitiam humano jure, pendere a Principum Legibus, quæ non modo tantquam eorum auctoritatis effectus, sed etiam ut a Deo provenientes spectanda sunt, ut Tractatu 6. in Joannem tradidit Augustinus his verbis: ipsa jura humana, per Imperatores, & Reges sæculi Deus distribuit generi humano, per Imperatores, & Reges, quod in sua quisque bona habet, non aliunde esse, jam ex Legibus, quæ ad Imperatoribus editæ sunt: Tulle jura Imperatorum; quis audeat dicere? mea est villa, aut meus est ille servus, aut domus hæc mea est.

II. Leges explicandas esse, prout a Judicibus explicantur; cumque Judices instituti sint, ut populos Legibus subdant, tuta conscientia ab eorum sententis desecti non posse. Itaque qui contra mentem Magistratum, qui Legum, & Constitutionum Principum interpretes, seu potius executores sunt, aliquid possident peculiaris interpretationis pretextu, injuste possident, iisque resistere tenentur, quibus illud Lex adjudicat juxta ordinariam Judicium declarationem.

III. Inaustitum non esse, vi Consuetudinum patres, ac matres propria bona pro arbitratu disponere prohiberi, cum fere certi fines præscribantur non modo patribus, ac matribus, sed quibusvis etiam privatis, ne scilicet de propriis bonis aliter statuatur, quam juxta Leges, quæ variæ sunt pro locorum varietate.

IV. Hoc loco non agi de probabilis opinionis discrimine, propterea quod assertio hæc sua cum veritate consentit; id enim ex Francisci II. Constitutionibus, & Andegaveni Consuetudine liquido constat, ut proinde pro certo habendum sit Theologis, iisque gravibus, qui consulti sunt, aliam facti speciem fuisse propositam.

V. Possit quidem Titio præsto esse rationes, ob quas futura conjugi gratificetur, sed eas tamen in hac facti specie locum habere non posse, quia illi potestas deest, nihilque liberi boni suppetit, qui hoc grati animi argumentum exhibeat.

Decisum Parisiis hac die 20. Julii an. 1680. Aug. de Lamoignon.

CASUS LIV.

Matrimonii promissio, qua quis Ancillæ, qua abutitur, sese obstringit.

- 1 Qui Ancilla abutitur, matrimonii data fide, debet promissa complere, cum ipse non temere presumatur ex animo promississe, & puellæ nulla gravis causa suspexit credendi non eam ejus voluntatem fuisse, ut se in uxorem duceret, aut ob conditionem ei jus esse petendi, ut promissio rescindatur.
2 Ille tamen consequi potest, ut a data fide liberaretur, si ipse prævideret ex eo matrimonio graves in familia discordias futuras esse, ac marrem certum vice periculum subiturum, quippe qui consanguineus est, seu ab eo matrimonio magno pere alienam esse solentur.
3 Hoc in casu curare debet, ut, quam dedit, fides sibi a puella restituatur, proli: curam suscipere, & marri dotem tradere, ut pro conditione nubere possit.

QUÆSITUM.

Filiusfamilias ætatis an. 30. ancilla abusus est, data matrimonii fide. Hactenus puella admodum honesta fuerat. Adolescens mater octogeneria est, e vita decessit pater. Ex eo commercio natus est infans, cujus se ille patrem testatus est, siquidem eum suo nomine baptizandum curavit, & marri suppeditavit, quæcumque tum ipsi, tum filio necessaria essent.

Ei de illa in uxorem ducenda cogitanti resistere consanguinei ob conditionis inaequalitatem, quamvis uterque careat nobilitate.

Puella adolescenti ob oculos posuit obstrictam fidem, in mentem revocavit, quam vehementer rogasset, ne promissa detegeret, opportuno tempore sibi certo servanda. Ille quidem haud repugnavit, fateturque eam promissionem, ut puella fe corrupti pateret, in causa fuisse. Teneturne ipsæ includabiliter ipsam ducere?

Prima dubitandi ratio ea est, quod puella fideliter silentium servavit, promissione omnino nemini patefacta. Quod si

nunc temporis promissio publica fiat, dubio procul ruitorem, ac scandalum pariet, atque adeo fortasse falsa videbitur.

II. Adolescens, si hoc matrimonium contraxerit, consanguineorum indignationem subibit, & gravia in propriis bonis detrimenta.

III. Illud autem est omnium gravissimum, quod ejus mater octogeneria, & infirma ab hoc matrimonio adeo aliena est, ut, si contrahatur, præ dolore moritura prævideatur. Queritur, an hæc causa sufficiat, ut adolescens a promissione liberetur, ea conditione, ut pueri curam gerat, & maritri det, quo nubat pro conditione?

Monendi sunt etiam Doctores, qui consuluntur, ab adolescente post ancilla puerperium aliam paris conditionis uxorem petitam fuisse, id, quod vulgo innotescit, tametsi nihil adhuc scripto sit exaratum.

Consilium conscientie subscriptum, quod exposita vidit, existimat Adolescentis, pro quo consultur, promissionem ex eorum numero esse, quæ tanquam sincere spectanda sunt, & cum voluntate contrahendi matrimonii, quod ipse puella promisit, ea conditione, ut suis cupiditatibus assentiretur. Non ergo hic agitur de fictis promissionibus, in quibus exaltationes prætexti possunt ad contentandum paelam potuisse, ac deinde cognoscere eas ingenus non esse, nec implendas fore, adeoque ipsam volentem, scientemque deceptam fuisse. Et sane in proposita facti specie nihil apparet, unde innotescat adolescentem haud, ex animo se conjugali fide obstringere voluisse. Hoc posito creditur adolescentem ancilla in uxorem ducenda veri nominis obligationem promissionis vi contraxisse; dummodo tamen ex eo matrimonio grave malum non oriretur, atque incommoda, quæ prævisâ non sunt, bono, quod inde redundaret, majora non fuerint. His ita se habentibus censet Consilium, adolescentem teneri puellam ducere; I. ob eam, quæ proximo debetur, fidelitatem; II. ratione justitiæ, quoniam puella idem tantum se violari passâ est, quod ille promiserit, eique persuserit, se ita ejus ipsorum evadere coram Deo, vi facti, quod cum eorum commercio conjunctum erat. Sanctus Antonius hanc controversiam decidit in summa part. 2. tit. 5. cap. 6. in hæc verba: Si promississet ducere eam in uxorem, ut copulam ab ea extorqueret, servus presumitur, & multo magis juramento firmatur. Addit tamen exceptionem, quæ talis est: Et hoc nisi nimis distans esset eorum conditio, puta mulier plebeja; vir nobilis, & potens; non enim mulier presumitur fraudem ignorasse; vel etiam si aliquod magnum scandalum inde crederetur proveniurum; & tunc petat remissionem promissæ, & aliter satisfacias secundam suam facultatem, & mulieris indigentiam. Exceptio porro, quam ex conditionum discrimine ducit, non alio nititur fundamento, quam hæc hypothesi, scemiam de fraude cognoscere, eum nempe, qui promittit, implendi promissi voluntate carere. At ni frans adit, ut in presenti facti specie pro certo ponitur, exceptioni locus non est, nisi grave malum ex ejusmodi cognitione contingat, puta gravis in familia discissio, parentum oblectatio, qui ut in ejusmodi negotio se vincit parentur, adduci nollent, aut cognitionem adeo imparem sibi dederint fore putarent; quæ quidem incommoda prævisâ non fuerint. Quia vero proponitur timendum fore, ne, si adolescens ancillam duceret, mater dolore obruta mortem commoveret, videtur adolescens obligationis solutionem petere posse, eaque impetrata, ancillæ dotem tribuere debere, ut pro conditione nubere possit; sed optimam factu fuerit, ut ille puellæ consensum obtineat, atque ipsa libere, ac voluntario recepta promissionis juri renuntiet.

Decisum Parisiis die 28. Octobris an. 1679. Augustinus de Lamoignon.

CASUS LV.

Matrimonium puellæ, qua quis abutitur ex promissione.

- 1 Adolescens, qui promissione verbali pluries repetita abusus est puella, tenetur in foro conscientie eam in uxorem ducere.
2 Si tamen contrahentium maxime diversa conditio sit, & in de adolescenti grave damnum imminere, debet ille puellæ prospicere.

QUÆSITUM.

Petrus Major an. 30. Marcatoria domum frequentans cum ejus filiarum una, 14. circiter aut 15. annos nata amore conjungitur; & cum facile accederet, aliquandiu sollicitam ad sibi gratificandum petraxit; eam non femel, & quidem consentientem cognovit quinque, aut sex mensium spa.